& respondit beatus basilidis. Alii dicunt quia iohan
nes est. Alii dicunt quia propheta est. Alii dicunt quia
xps est. Dum uidisset beatus basilidis quia bene &
prospere nauigabat quia dns ihs xps gubernabat.
dixit ei beatus basilidis. Dne ihu xpe ostende mihi ar
tem gubernationis tuae. numquam uidi sic bene & pro
spere nauigare. Et dixit dns ihs xps ad unum de ange
lis suis. Descende in nauem. & appone eis panem &
aquam. sine ut manducent. Benedixit eis. & mandu
cauerunt. qui & gratias egerunt dno ihu xpo. Et
dixit ad eos dns. Descendite de naue. & pausate uo
bis. & fecerunt sicut praecepit eis dns ihs xps. & des
cenderunt de naue. & obdormierunt. & dixit dns
ihs xps ad angelos suos. Tollite & ponite eos ad li
tus maris miliario octauo. a ciuitate aurelia. Et
fecerunt sicut praecepit eis dns ihs xps. Mane
autem facto. reuigilauerunt. & inuenerunt se ia
centes ad litus maris. Eleuantes oculos suos ad celu̅.
& gratias agentes dixerunt. Dne ihu xpe magister
bone. accipe animas nostras. & eadem hora emise
runt spm. quarto idus iunias. & uenientes presby
teri & diaconi & clerici simul & xpiani. collegerunt
corpora scorum. basilidis & tripodis & mandalis.
& sepelierunt in eodem loco. & fabricata est sci tati
eorum basilica. ubi florent beneficia eorum.
usq; in hodiernum diem.

EXPL PASSIO SCORUM
BASILIDIS TRIPODIS ET MANDALIS.

INCIPIT PAS SCORU̅ MAR
UITI. MODESTI. ET CRESCENTIE
MEN IUN DIE XV.

XX. IN PROUINTIA LUCANA SUB TEMPORE
diocletiani & antonini imperatoru̅. multas
uirtutes operabatur scs uitus in infantia sua
timens dm caeli & terrae. die ac nocte deprecans
dnm. & conuertens animas non credentium. elemo
synis uacans. uiduis & orfanis tribuens. Erat autem
ex genere nobili & diuitie magne. [orante]: erat enim in ora
tione & cilicio indutus xpm deprecabatur dicens.

fac misericordiam cum seruo tuo ne repel
las me a mandatis tuis. ne separes me a congrega
tione iustorum. Erat autem pater huius sacrile
gus & impius. qui a cultura idolorum non recedebat.
facta est illi uox de caelo dicens. Uite exaudita est ora
tio tua. faciam tibi sicut petisti. Suadebat pater
eius hylas. ut ad culturam idolorum puerum addu
ceret. Cui beatus uitus dixit. Ego non scio alium dm
nisi unum qui est in aeternum. cuius sps ferebatur
super aquas qui separauit lucem a tenebris. & uoca
uit lucem. & facta est lux. & uocauit tenebras. & fac
tae sunt tenebrae. cui seruio ipsi dno regi angelorum.
qui fecit caelum & terram mare & omnia que in eis st.
ego confitebor illum omnib; diebus uitae meae. Hec
audiens pater huius iussit infantem cathomis cedi
dicens. quis te docuit haec confiteri. Aut nescis quia
si haec audierint principes peris. Beatus uitus dixit
Ista quae me uides loqui. xps me docuit. cuius ego
seruus sum. Tunc uocauit modestum papatem hu
ius. & admonuit eum dicens. Uide ne aliquando
uerba ista loquatur. Cui beatus uitus respondit.
haec mihi dulcedo bona est. secundum prophetam
dicentem. In psalmo centesimo octauo decimo.
Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argen
ti. Manus tuae fecerunt me. & plasmauerunt me. di
cens. doce me iustificationes tuas. Apparuit autem
angelus dni infanti dicens. Datus tibi sum custos
ut custodiam te usq; ad diem exitus tui. & omnia
quaecumq; petieris dabuntur tibi. Plangit pater
filium. quia unicus erat ei. & mollibus uerbis sua
debat ut ad culturam idolorum introduceretur.
Cui respondens beatus uitus dixit. quibus diis me
iubes sacrificare. Cui dixit pater eius hylas. Nescis
esse deos iouem. arpam. herculem. iunonem & mi
neruam. quibus principes subditi sunt. Beatus ui
tus dixit. Ego numquam audiui plures deos esse.
scio enim unum dm esse patrem & filium & spm scm
quod est trinitas. qui passus est propter peccata
nostra. per cuius sanguinem nos redempti sumus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0208